



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Montis-Sereni Sive Lavterbergense

Mader, Joachim Johann

Helmestadi, 1665

Fvndatio Monasterii B. Virginis Mariae In Schuttern.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11088

289

ratoris IV. Anno Domini CCCLIX. obiit praedictus Archipræ-
ful, cui Sifridus Abbas Fuldensis succedit.

FVNDATIO MONASTERII B. VIRGINIS MA- RIÆ IN Schuttern.

Anno quinque millesimo DCCLXXIII. à creatione mun-
di, ab incarnatione vero Domini nostri Jesu Christi
DCIII. regnante Phoca Imperatore Romanorum, anno re-
gnij eis primo vivente adhuc sanctissimo Papa Gregorio, gu-
bernante Franciam Rege Theodoro; Offo Rex Angliae divi-
na motus inspiratione, coepit ædificare & construere hoc
solemne cœnobium **Schuttern** / cum adjutorio & consilio
S. Pirminii Episcopi ex cuius discipulis creduntur fuisse pri-
mimonachi inhabitantes hoc cœnobium in honore glori-
osissime Virginis Mariæ. Illud postmodum gloriose ditavit
multis muneribus & privilegiis magnificus Francorum Rex
Dagobertus, anno Domini DCXLII. Collapo autem priori
cœnobio, illud iterum redificavit, privilegiis & censibus
ampliavit, sanctissimus & glorioissimus Romanorum Impe-
rator **Henricus II.** anno Domini MXVI. Deinde anno Domini
MCCCCXXXIX. in die **S. Elisabeth** inchota est observantia vitæ
regularis hoc in loco, secundum laudabilem unionem **Burs-
feldensem**, per venerabilem Abbatem hujus cœnobii Domi-
num **Iohannem Full**; cooperatus est sibi ad hoc opus sanctum
venerabilis Pater & Dominus **Blasius**, Abbas Hirsaugiensis,
qui primos reformatores de monasterio suo huc addu-
xit. Deus dedit initium, dabit etiam in-
crementum.

OO

FVN-